

Branthogus episcopus [1023—36] per aliquos annos a suis finibus se absentans cum tandem redisset, tot bonis refertam repperit terram suam, quod in civitate ecclesiam in honore s. Johannis baptiste et Johannis evangeliste construxit et vitam canonicorum ordinans in eadem de decima collectarum sibi rerum ipsam congrue satis locupletavit. aliam quoque ecclesiam de eisdem bonis collectis b. Bonifacio in Bossenleve construxit, in qua canonicam pariter ordinavit, et quia eandem ecclesiam condidit de rebus residuis in vase, quod pixis vocabatur, collectis, eadem ecclesia Bossenleve teutonice, quod latine pixidis residuum sonat, sortito vocabulo nuncupatur.

Chron. Halb. (gesta episc. Halb.) ed. Schatz p. 29. 30; ed. Weiland Monn. Germ. XXIII, S. 93. — Das Necrologium sagt zum 27. Aug.: Branthogus episcopus obiit [1036], qui hanc ecclesiam fundavit dedicavit et dotavit: omnes enim possessiones, de quibus fratribus prebenda administratur, huic ecclesie contulit, exceptis illis, quas fideles sibi per tempora succedentes contulerunt, quas oblationes vocare solemus. Am Rande steht von späterer Hand: Compulsatio (d. i. der Glocken): domini et vicarii offerunt ad missam. — S. a. Urk. 357. und Anh. XL, 2.

O. J. (1147 — 49¹).

1.

* *Bischof Rudolf bezeugt, dass der verstorbene Domprobst Martin 1140 dem Stifte zur Feier des Anniversarius des Probstes Friedrich eine Hufe in Oxstide geschenkt hat.*

In nomine sanctę et individue Trinitatis. tam presentium quam futurorum fidelium nolumus ignorare providentiam, sed devotam adhibere diligentiam, qualiter pie memorie Martinus² sacerdos et prepositus majoris ecclesie contulit monasterio b. Bonifacii pro se omnibusque fidelibus mansum in Oxstide, viij solidos Matheburgensis monete persolventem, in hunc modum, ut de duobus solidis expensa pauperibus erogetur, de cetero fratres in refectorio reficiantur obitus die Friderici³ quondam prepositi nostri per singulos annos. in precedenti vero sero cereum iij nummorum tempore vigiliarum incendatur et ardeat, usque dum missa pro defunctorum(!) die postera finiatur.

huic donationi interfuit Erpo decanus, Conradus camerarius, Herimannus thesaurarius, Henricus Othelricus Wigandus Baldiwinus Marquardus Herimannus, canonici majoris ecclesie; Othelricus Willerus et Gevehardus, ecclesie ministeriales.

acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo c.xl, regnante Conrado rege, presidente sedi Halberstadensis ecclesie Rodulfo venerabili